INDEX RERUM PRÆCIPUARUM.

Primus Numerus denotat Diſſertationem; ſecundus Paragraphum.

A

ABaelardus Petrus, audax homo, novitatiſque ac ſingularitatis percupidus. VII. 48. Aſſerit, ex tribus donis haud plane confici, Magos Chriſti adoratores fuiſſe numero tres. *Ibid.* Credidit, Auctorem Operis Imperfecti eſſe Chryſoſtomum. *Ibid.*

Abraham centenarius jam emortuuſque, ideſt virtute generandi deſtitutus, ex Sara aliiſque mulieribus Filios ſuſcipit. III. 21.

Adam in Calvariæ loco ſepultum fuiſſe, atque ex ejuſdem capite ibi condito, loco illi id nominis obtigiſſe, vera aut valde probabilis traditio eſt. I. 70.

Afri titulis ac hymnis concelebrabant eos, qui Elephantes adgrederentur. I. 10.

Albertus Magnus ut principium per ſe notum exiſtimavit, Deiparæ Virgini tributum fuiſſe quidquid boni pura quævis creatura vel fecerit, vel receperit. I. 29.

Ambroſius unus eſt qui narret, Chriſtum occurriſſe Petro Roma ſe ſubducenti. I. 85.

Anna Deiparæ Mater, ut ex vetuſta ac recepta Eccleſiæ Traditione colligitur. II. 2. Orientales quarto vel quinto Eccleſiæ ſæculo eam uti Deiparæ Matrem publicis officiis proſecuti ſunt. 17. Nono circiter ſæculo invaluit credulitas, quod illi tres viri fuerint. III. 6. Neque triplex conjugium celebravit, neque alteram prolem præter Deiparam ex Joachimo ſuſcepit. 7. & ſeq. Ejuſdem ſterilitatem cum Deiparam concepit, agnoſcunt Patres bene multi, non autem extremam ſenectutem. 23. Hujus ſterilitatis traditionem vel ipſi Hæretici tuentur. 24. Viri ſui opera Deiparam concepit. 30 Non divina virtute. VI. 3. Nec concepit illæſa Virginitate, uti falſo opinatus eſt Jacobus Imperialis. *Ibid.*

Aonii Palearii impia verba adverſus Sanctam Inquiſitionem. I. 8.

Apocryphus. Quot modis liber aliquis dici poſſit apocryphus. I. 41.

Auguſtinus S. reſpondet Ethnicis aſpernantibus uti abſurdam narrationem Factum Jonæ. I. 26. Deiparam Sanctis omnibus præfert. 31. Occurrit Cypriano de Traditione haud recta ſentienti. 36. Egregie ejuſdem Regulæ quoad Traditionem. *Ibid.* Ejus ſententia circa auctoritatem antiquarum Traditionum. 40. Cauſam refert, cur Memoria S. Stephani ab Eccleſiæ primordiis Anconæ celebraretur. 54. Tradit, a quibus ortæ hæreſes. 77. Inter ipſum & Fauſtum nulla umquam fuit quæſtio de nomine, quo Virginis Pater appellaretur. II. 24.

B

BAile. Quid ſentiret de iis, qui in Italia floruere, cum politiores litteræ reſtitui cœperunt. I. 5. Joannis Clerici elogium paucis perſtringit. VII. 7.

Baptiſmus neceſſarius non fuit Latroni pœnitenti ad æternæ ſalutis adeptionem. VI. 28. Chriſtianorum Filios baptizari oportere negavit Socinus. VII. 21.

Baronius contendit, hac Traditione, quod ſcilicet Deipara ætate circiter trimula in Templo ſit præſentata, ibique educata, nihil ingeri, quod verum eſſe non poſſit. IV. 10. 11. Magos Evangelicos ait fuiſſe Reges uſitato more Divinæ Scripturæ. VII. 12.

Baſile Matthæus laudatus. *In Præfatione.* Inauguravit Carolum. III. in Utriuſque Siciliæ Regem. *Ibid.* Ejus Diſſertationes *de Vindiciis Divi Petri* typis jam editæ. *Ibid.* Ejus monumentum extructum in Cathedrali Panormitana Eccleſia Regiis impenſis. *Ibid.* Epigraphe ejus monumento Regio juſſu inſculpta. *Ibid.* Ejus querela adverſus P. Hyacinthum Serry, eo quod in expurgandis Hiſtoriis Deiparæ ac Servatoris ab intruſis ac male aſſutis, nec juſtum ſæpe modum, nec rationem ſatis commodam adhibeat. *Ante I. Diſſertationem.* Inſuper, & quia quæ ſcribit, non ſibi ſoli, aut Eruditis ſolis ſcribit, ſed ea juvenes quoque aſſidua lectione docet. *Ibid.* Eumdem audaciſſimum vocat, eo quia celebres Eccleſiæ Scriptores puerilis levitatis &c. reos fecerit. I. 10. Ait, eum errata aliis frequenter affingere, cum tamen ab iis puri omnino illi ſint. 19. Diluit momenta, quæ recitat Serry, ut Bovem & Aſinum a Chriſti præſepio abfuiſſe oſtendat. 38. & ſeq. VI. 5. & ſeq. Epiphanii partes tuetur. I. 48. 49. Eos exagitat, qui auctoritate atque exemplo magnorum Virorum abutuntur. 63. 64. Graveſon minus caute locutus ab eo producitur. 66. Refutat Kemnitium aſſerentem, Jejunium Quadrageſimæ ex ſuperſtitionibus Montani in Eccleſiam irrepſiſſe. 79. Oſtendit, hoc jejunium ex Apoſtolica lege manaſſe. 82. Explicat Divum Hieronymum de Parentibus Deiparæ Virginis loquentem. II. 9. & ſeq. Veroſimilius eſſe dicit, Hieronymum de nominibus Joachimo & Anna nihil certi definiiſſe. 17. Oſtendit adverſus Tillemontium, Petri Damiani & Bernardi ætate apud Occidentales ignota minime fuiſſe hæc nomina. 29. & ſeq. Exponit ſententiam Continuatorum Bollandi hac ſuper re. 34. 35. Demonſtrat auctoritate Etherodoxorum æque ac Catholicorum, Heli idem eſſe cum Joachimo. 37. & ſeq. Exponit mentem Fulberti Carnotenſis circa nomina Parentum Deiparæ. 46. 47. Probat, veri nominis Parentum Deiparæ oblivionem, jactum eſſe non levem. 42. & ſeq. Tuetur traditionem de ſterilitate Parentum Deiparæ Virginis. III. 5. & ſeq. Enervat momenta, quibus Serry probare contendit, Deiparam a Parentibus Deo dicatam non fuiſſe in Templo ad aliquod miniſterium. IV. 13. & ſeq. Partes Baronii adverſus P. Serry ſuſcipit, 29. V. 10. Aſſerit, ad antiquas communeſque Traditiones pertinere, quod Virgo Joſepho nupſerit anno ætatis ſuæ circiter quartodecimo. V. 6. Pictores ab audaciæ nota liberat, eo quod depingant Mariam ſatis teneram puellam quando Joſepho nupſit. 6. & ſeq. Reſpondet argumentis, quibus Serry adſtruere nititur, Deiparam tenera illa ætate ſupra memorata non nupſiſſe. 9. & ſeq. Cum Bellarmino docet, ambiguum eſſe, an Poema *de Paſſione Domini* ſit Lactantii. VI. 7. 8. 9. Magos Evangelicos, & regia conditione, & tres numero fuiſſe demonſtrandum ſuſcipit. VII. 11. & ſeq. Diluit momenta, quibus oppoſitum oſtendere vult Serry 16. & ſeq. Demonſtrat adverſus Serry, pleroſque ante Theophylactum regiam dignitatem Evangelicis Magis attribuiſſe. 27. Nonnullas ejuſdem Serry animadverſiones circa eamdem rem diluit. 36. 37. Eorum mentem exponit, qui regiam iis Magis dignitatem non tribuerunt. 38. 39. Demonſtrat, Evangelicorum Magorum ætate pleroſque parvos Reges, Regulos, Tetrarchas, Toparchas extitiſſe. 40. 41. Oſtendit adverſus eumdem Serry, pleroſque ante Leonem Magnum ſcripſiſſe, Magos Evangelicos tres numero fuiſſe. 44. Oſtendere nititur, ex momentis P. Serry inferri non poſſe, Mariam ad viſendam Cognatam iter ſuſcepiſſe Joſepho minime comitante. VIII. 5. & ſeq.

Bellarminus (Cardinalis) ambiguum eſſe ſcribit, an Poema *de Paſſione Domini*, quod Lactantio perperam adſcribi communis eſt Criticorum omnium perſuaſio, ejuſdem Lactantii ſit. VI. 7.

Benedictus XIII. Rom. Pon. quo nomine appellaret Matthæum Baſile. *In Præfatione.*

Bion Atheus quid ſentiat de libertate loquendi. I. 58.

Bollandi Continuatores quid ſenſerint de nominibus Deiparæ Parentum. II. 34. 35. In quo ſenſu de his nominibus differentes intellexerint Fulbertum Carnotenſem. 46.

Brigittæ (S.) viſio, ex qua eruitur, Chriſtum in præſepio inter duo animalia reclinatum fuiſſe. I. 55.

Bullingerus ait, Deiparam Virginem Divis omnibus in donis & gratiis fuiſſe prælatam. I. 30.

Bynæus heterodoxus græcum vocabulum φάτνη in Evangelio non tam præſepe ſignificare opinatur, quam vas quoddam parvum, ubi uni tantum equo cibus ingeri poteſt. VI. 41.

Caje-

C

CAjetanus (Cardinalis) auctoritatem libri Sapientiæ infirmare tentavit. II. 18. Hunc Melchior Canus luculenter refutavit. *Ibid.* Opinatus eſt, Mariam concepiſſe anno ætatis ſuæ vigeſimo quarto. V. 7.

Calmetius memoria fallitur, cum ſcribit, Nicephorum Theophylacto eſſe vetuſtiorem. VII. 30.

Calvinus Salutationem Angelicam a fidelium ore convellere ſatagit. I. 52. Ejus verba circa Chriſtianam ſimplicitatem. 59. Negat perfricta fronte, Petrum Romam veniſſe, ibique ſedem fixiſſe. 71. Scribit, primis Eccleſiæ quingentis annis, Templa fuiſſe Imaginum expertia. 72. Varia ejus errata referuntur. *Ibid.* Primus omnium invectus eſt in communem ſententiam, quod ſcilicet regia conditione, & tres numero fuerint Magi Evangelici. VII. 11. *Ridiculos eſſe Papiſtas* hacce in re ait. *Ibid.* Miraculum in eo agnoſcit, quod Jeſus puer evaſerit iram Herodis. 25. Refert, Magos Chriſti adoratores fuiſſe quatuordecim. 47. Catholicos inſultat, quod ex tribus muneribus tres fuiſſe Magos qui Chriſtum adoratum venere credant. 49.

Caſauboni in Baronium verba, quæ nec ipſis hæreticis placent. I. 30.

Celſus Judæus Evangelium deridet. I. 28. 62. Chriſtianam fidem, ut vulgarem omnino, & eruditis indignam effutiebat. III. 1.

Chriſtiani. Iis credulitatem objiciebant Ethnici. I. 16. Verba Calvini circa Chriſtianam ſimplicitatem. 59.

Clericus (Joannes) Dementiſſima ejus temeritas dum SS. Juſtinum & Irenæum indignos ducit, qui cum Grotio, & Hammondo conferantur. VII. 7. In Divum Hieronymum furioſus eſt. *Ibid.* Ipſius elogium ex Baile. *Ibid.*

Collyridiani Deiparam Virginem in Annæ utero ſine viri opera fuiſſe conceptam dixerunt. I. 48.

Conſuetudines antiquæ, moreſque majorum quantam vim obtineant. I. 33.

Criticus atque *Eruditus* nomina ſunt, quæ quid elati, inflati, atque adeo ſuſpecti redolent. I. 4. Quid voces illæ fere jam ſonent. *Ibid.*

Crux. Ætate Juliani Apoſtatæ omnes Chriſti ſectatores Crucem adorabant. VI. 8.

Cyprianus (S.) haud recta ſentit de Traditione. I. 36.

D

DEus. Qui eſſe Deum vel in dubium revocavere, vel etiam palam inficiati ſunt, non e plebe aliqui fuerunt, ſed e Scholis Philoſophorum, & valde litteratorum hominum. VII. 4.

Dominicanorum familia laudata. *In Præfatione.*

E

ECcleſia Dei etſi multa toleret, tamen quæ ſunt contra fidem vel bonam vitam, nec adprobat, nec tacet, nec facit. I. 25. Quibus argumentis effectum ſit, ut ſolemni Religione concelebret Nativitatem, Aſſumptionem, & Conceptionem Deiparæ Virginis. 31. Eadem, juxta Hieronymum, neſcit apocrypha. 50. Ex audacia & temeritate Scriptorum gravia & multa mala, ingenteſque calamitates accepit; ex pietate vero, quantumvis credula, ſimplici, inerudita nullum detrimentum. 51. Eccleſiæ Scriptores cur non multum ſolliciti de quibuſdam piis narrationibus, num eſſent veræ. *Ibid.* Recte animadvertendum exiſtimavit in novas quaſdam conſiderationes, quarum exempla recitantur. 76. Eccleſiæ fides eſt, Divum Joſephum fuiſſe cælibem. II. 28. Ejus pariter fides eſt, pia utique, de nominibus Parentum Deiparæ Virginis, Joachimo & Anna. *Ibid.* Epiphanii tempore fatebatur ſterilitatem Parentum Deiparæ Virginis. III. 28. Numquam conſuevit communes antiquaſque Traditiones abjicere, propter unius, alteriuſve Patris dictum vel factum non illis oppido conſentaneum. 38. De traditionibus fidem ſpectantibus ſuam non ſemel aperuit ſententiam, de iis vero, quæ pie feruntur, non item. IV. 4. Quid Latina Eccleſia intelligat nomine *Præſentationis Deiparæ in Templo*. 48. Quid nomine Eccleſiæ veniat. VI. 32. Non allegoriam modo, ſed veram etiam obſervat hiſtoriam in textibus Habacuch, *in medio duorum animalium*; & Iſaiæ, *Cognovit Bos poſſeſſorem ſuum &c. Ibid.* Vel jam inde ab Eccleſiæ initiis Chriſtiana Religio non alios experta eſt calumniatores, obtrectatoreſque, quam doctos homines. VII. 3. Antiqua, communis, ac perpetua Eccleſiæ vox, Magos Evangelicos decorat Regiis titulis, & nuncupatione. 31.

Enoch liber apocryphus. I. 50.

Epiphanius (S.) ſcribit, ſortium eventu Deiparam Virginem ad Joſephum accipiendum adactam fuiſſe. IV. 38. Ejus ſententia eſt, quod Chriſtus a Magis adoratus ſit non in ſpelunca, in qua natus eſt, ſed in quadam domo, ad quam poſt partum Virgo tranſierat. VI. 33.

Eraſmus (Deſiderius) pleraſque fidelium pias ſententias, tamquam ſuperſtitionis, inaniſque Religionis figmenta deſpexit. I. 9. Audax illius de Hieronymo & Auguſtino judicium. 10. Non modo Eccleſiæ mores atque Scriptores pæne omnes, ſed vel ipſam quoque Religionem, ac Fidem tamquam ludens adgreſſus eſt. 24. Aſſerit, Heli & Joachimum idem eſſe. II. 37. Ejus lucubrationes haud immerito nuncupari poſſunt Lutheri atque Calvini *Metropolis*. V. 2. Audaciſſimum ejus judicium de percelebri inter Catholicos & Arianos controverſia. *Ibid.* Scribit, Deiparam tunc *virgunculam* fuiſſe, quando nupſit Joſepho. 7. Eidem non placet, Matrimonium Sacramentum eſſe proprie, & quomodo Sacramenta dici jam ſolent. 21. Audaciſſime ſcribit, non liquere ſibi, an in pueritia & infantia Chriſti perfecte fuerit revelatum Beatæ Virgini, Chriſtum eſſe Deum & hominem. VI. 12. In hanc propoſitionem ſevere animadverſum eſt a Facultate Pariſienſi. *Ibid.* Ab illo errore error alius, ac longe major enaſcitur. *Ibid.* Ejus temeritas in corrumpendo nova perverſaque atque Chriſti Divinitati contraria interpunctione quemdam Divi Pauli textum. 38. Ipſius impudentia, dum ſeipſum commendat. VII. 6.

Eruditio pia fidem ſummam obtinet: ſine pietate periculoſa eſt. I. 57. De hac ſecunda quid ſentiat Bion Atheus. 58.

Ethnici aſpernabantur Jonæ factum, utpote narrationem abſurdam. I. 26. Ipſis petentibus factorum Evangelicorum evidentes probationes quid reponerent Scriptores pro Catholica Fide decertantes. 32.

Euchariſtia. Olim in fermentato Latinos illam confeciſſe protulere Divus Thomas, Scotus, aliique. I. 65. 66.

F

FLeury modum tradit impugnandi errores innoxios. I. 61.

Fœminæ. Qua ætate apud veteres viris collocarentur. V. 14. Quandonam proprie dicantur Adoleſcentes. 15.

Fulbertus Carnotenſis. Ejus mens exponitur circa nomina Parentum Deiparæ Virginis. II. 46. 47.

G

GErſo ſcribit, Chriſtum in præſepio inter beſtias reclinatum fuiſſe. I. 55.

Grammatici. Litterarum politiorum reſtitutio viam paravit Religionis Reformatoribus. I. 5. Harum expolitores, corruptores ſimplicitatis fidei. *Ibid.* Omnia pæne Fidei ſacra, ac Eccleſiæ inſtituta nauſeantes, vellicantes, carpentes &c. 6. Grammaticæ litteraturæ ſcholam, utpote inutilem ac ſacris Diſciplinis contrariam abjecit Origenes. *Ibid.* Pauli II. Rom. Pon. hac de re adhortatio ad Romanos. *Ibid.* Quænam Grammaticorum ſtudia. 7. Quænam eorum Fides ac Religio. V. 3.

Graveſon minus caute Scotum adgreditur. I. 65. 66.

H

HÆreſes a quibus ortum duxerint. I. 77. Quonam ex fonte tot Novatores calumnias hauriant adverſus Eccleſiam, ejuſque Dogmata. VII. 10. Nulla hæreſis umquam invecta eſt, niſi contemptu Traditionum. 21.

Hieronymus (S.) omnium primus Joſephum cælibem dixit. I. 68. Ad fabulas amandavit, quod Zacharias Præcurſoris inter Pater Templum & Altare a Judæis peremptus eſſet, eo quia affirmaverit, Mariam eſſe Dei Matrem & Virginem. 69. Oppugnavit Traditionem, qua ferebatur, Adam in Calvariæ loco ſepultum fuiſſe, atque ex ejuſdem capite ibi condito, loco illi id nominis obtigiſſe. 7. II. 7. A quibus viris ortæ ſint hæreſes ipſe tradit. I. 77. Deiparæ Virginis Patrem nomine Cleopham exiſtimaſſe videtur. II. 3. & ſeq. Veroſimilius de nominibus Joachimo & Anna nihil certi definiit. 17. Scribit, Mariam Cleophæ fuiſſe

Chri-

Chriſti *Materteram*. III. 16. Hoc tamen vocabulum laxiori ſenſu accipiendum eſt. *Ibid.* Joſephum lege Numerorum cap. 36. Coactum nuptias cum Deipara Virgine contraxiſſe dicit. V. 18.

I

JAnes & *Mambres* titulus cujuſdam libri apocryphi. I. 50.
Jejunium Quadrageſimæ non irrepſit in Eccleſiam ex Montani ſuperſtitionibus. I. 79. Ejus neceſſitatem cuncti fideles, etiam S. Irenæi ætate agnoverunt. 81. Ex Apoſtolica lege manavit. 82.
Ignatius (S.) acta Sanctorum perlegens eximiæ Sanctitatis initia exorſus eſt. I. 56.
Ignorantia. Hanc Matrem eſſe Devotionis docuit impius Molinæus. I. 77. Quandonam malum pariat, vel nullum ex ea malum oriatur. *Ibid.*
Imagines ſacræ. Chriſtianorum Templa primis Eccleſiæ quingentis annis imaginum expertia ſcribit Calvinus. I. 72. Ejus calumnia refutatur. *Ibid.*
Imperialis (Jacobus) opinatus eſt, Annam illæſa virginitate Deiparam Virginem concepiſſe. VI. 3. Hic error Romæ damnatus eſt. *Ibid.*
Joachim, Pater Deiparæ Virginis, ut colligitur ex vetuſta ac recepta Eccleſiæ traditione. II. 2. Apud Orientales tamquam Pater Deiparæ publicis officiis honoratus eſt quarto vel quinto Eccleſiæ ſæculo. 17. De ejus ſterilitate cum ex Anna Deiparam Virginem ſuſcepit loquuntur diſerte Patres bene multi; non autem de extrema ejus ſenectute. III. 23. Hujus ſterilitatis traditionem vel ipſi hæretici tuentur. 24.
Joannes Apoſtolus. Ejus martyrium ſolus refert Tertullianus. I. 83.
Joannes Baptiſta, a ſalutatione Deiparæ Virginis rationis uſum accepit. I. 29.
Job. Tres illius Amici, qui ad conſolandum ejus dolorem iverunt, Reges erant. VII. 20.
Joſeph (S.) Hunc non egiſſe vitam cælibem antiquorum Patrum bene multorum opinio fuit. I. 68. III. 6. Quam opinionem Divus Hieronymus enervavit. I. 68. Eum fuiſſe cælibem Eccleſiæ fides eſt. II. 28. Qui Chriſti Fratres in Evangelio dicuntur, non ſunt ejus Filii. I. 68. Non fuit electus in Deiparæ Virginis ſponſum per ſortes. IV. 37. De tempore, quo is Virginitatem vovit, non una eſt Scriptorum ſententia. 40. Fuit cuſtos Deiparæ Virginis potius quam maritus. VIII. 2. Probabile valde eſt, eum in itinere ad Eliſabeth Mariam comitatum eſſe. 11.
Irenæus (S.) numquam judicavit, Jejunii conſtitutionem haud accurate obſervandam. I. 81.
Julianus Apoſtata. Impia ejus verba. I. 21. Dogma de originis culpa, futile vulgi commentum appellat. III. 1. Chriſtianis exprobrat, quod Crucis lignum adorent. VI. 7. Ejus ætate omnes Chriſti ſectatores Crucem adorabant. 8.

K

KEmnitius negat, Quadrageſimæ jejunium ab Apoſtolis inſtitutum eſſe; ſed illud ex ſuperſtitionibus hæreſiarchæ Montani irrepſiſſe aſſerit. I. 79. In hujus erroris confirmationem profert quamdam Tertulliani ſententiam, ſed mala fide diminutam. *Ibid.* Aperta ejuſdem fraus ac impoſtura, dum citat S. Irenæum. 80. Ejus temeritas confutata. 82. Affirmat multa irrepſiſſe in locum communem de Traditionibus ex Montaniſtarum ſtatutis, & obſervationibus. III. 28.

L

LActantius. Eidem perperam adſcribitur Poema *de Paſſione Domini*. VI. 4. Ambiguum tamen eſt ex Bellarmino, an Poema illud Lactantii ſit. 7.
Latroni pœnitenti ad æternæ ſalutis adeptionem Chriſti baptiſmus neceſſarius non fuit. VI. 28.
Lazarus a Bethania vir nobilis & clarus fuit. VII. 17.
Leo III. Rom. Pon. minime dubitavit, Deiparæ Virginis parentes fuiſſe Joachimum & Annam. II. 29. 30.
Lucas Evangeliſta non modo accurate, ſed etiam curioſe Chriſti nativitatem deſcripſit. I. 37. VI. 4.
Lutherus Deiparam Virginem juxta animam plenam gratia conceptam fuiſſe confirmat. I. 30. Infeſtus eſt Beatæ Virginis excellentiæ. 52.

M

MAgi Evangelici. Hos & regia conditione, & tres numero fuiſſe, vox omnium, & pietas Catholicorum affirmat. VII. 11. Ex Baronio fuere Reges uſitato more Divinæ Scripturæ, quæ cujuſque oppidi Dominum, Regem appellare conſuevit. 12. Quam ſententiam tenent Caſaubonus, Voſſius, Montacutius, aliique ex Eterodoxis. 13. Innumeri inſuper ex Catholicis. 14. Veriſimile valde eſt, eos parvo comitatu uſos fuiſſe. 25. Theophylactus non attribuit iis regiam dignitatem omnium primus. 27. Verum alii bene multi. *Ibid.* & ſeq. Chriſtum infantem regiis magnificiſque muneribus donarunt. 33. Extiterunt primitiæ Gentium ad Eccleſiam convenientium. 34. Oracula Pſalmi 71. & Iſaiæ 60. Explicari poſſunt de Magis ad litteram. 35. Probabile eſt, eos fuiſſe ex Arabia felici, ad quam Sabæi etiam pertinent. 36. Communior ſententia eſt, quod ad Chriſti cunas advenerint die ſexta Januarii. *Ibid.* Eorum ætate plerique extabant Reges, Reguli, Tetrarchæ, Toparchæ, qui in parvis regionibus regnabant. 40. 41. Hos Magos tres numero fuiſſe, non primus docuit Leo Magnus. 44. Verum alii bene multi. *Ibid.*
Maldonatus non adprobat opinionem de parente Virginis Cleopha. II. 20. & ſeq. Refert, Deiparæ Patrem *Joachimum* dici ſolere. 21.
Marcion cur malum Deum commentus ſit. VII. 2.
Margarita (Beata) e Tiferno præſepe in corde inſculptum gerebat, in quo Chriſtus, ejuſque parentes, atque duo animantia efficta egregie viſebantur. VI. 26. Illud præſepe ubinam nunc ſervetur. *Ibid.*
Maria Virgo Deipara pie creditur peculiari Dei munere ab infantia pleno rationis uſu exornata. I. 29. Præ cæteris debuit a Chriſto gratiæ plenitudinem obtinere. *Ibid.* Quid de hac plenitudine ſenſerit Albertus Magnus. *Ibid.* Quid Bullingerus, ac Lutherus. 30. Illam Sanctis omnibus præfert Auguſtinus. 31. Viri opera, non divina virtute in Annæ utero concepta eſt. VI. 3. Ejus Nativitas, Aſſumptio, & Conceptio ſolemni religione ab Eccleſia concelebrata. I. 31. Ex Joachimo & Anna eam ortam eſſe vetuſta eſt & recepta Eccleſiæ traditio. II. 2. Quinto, vel etiam quarto Eccleſiæ ſæculo Orientales, ejus parentes nominibus Joachimi & Annæ publicis officiis proſecuti ſunt. 17. Paternæ hæreditatis ſola atque unica hæres fuit. 21. III. 12. & ſeq. Opinio de ſterilitate Parentum Deiparæ Virginis antiquior eſt, & longe communior oppoſita, & ad plane commentitia rejicienda non eſt. 18. Falſum eſt, ætate Beati Edmeri, nempe duodecimo ſæculo vulgari cœptum, Sanctiſſimos Parentes, diu ſteriles, jamque ſenes, miraculo Deiparam genuiſſe; cum diu ante Beatum Edmerum id pie creditum fuerit. 32. Nativitatem ejus magna quædam atque miranda Divinorum Signorum indicia præcurriſſe ſcribit idem Edmerus. 35. Ex Traditione conſtat, eam ætate circiter trimula, Deo in Templo præſentatam fuiſſe, ibique educatam. IV. 6. In Græcorum Menologio, edito ſæculo decimo, refertur apertiſſime Beatæ Virginis trimulæ Præſentatio, ejuſque in Templo ad ætatem nubilem educatio. 48. Veroſimile eſt, ſortium eventu ad Joſephum accipiendum adactam non fuiſſe. 37. Nec Angelorum miniſterio in Templo nutrita fuit. 39. Ad antiquas communeſque traditiones pertinet, quod Virgo Deipara Joſepho nupſerit anno ætatis ſuæ circiter quartodecimo. V. 6. Teſtimonia Patrum id inſinuantium. 12. & ſeq. Matrimonio juncta erat, cum ab Angelo ſalutata fuit. VIII. 2. Veriſimile eſt, eam prius Jeroſolymis Paſcha celebraſſe, deinde eodem itinere ad Eliſabetham iviſſe. 8. Probabile valde eſt, Joſephum eo in itinere Deiparam Virginem comitatum eſſe. 11. Hanc aſſertionem, quod Virgo Deipara ſupra mortalium conditionem vivens ac vigens in cœlum translata ſit, Eccleſiæ Patres pervulgari non permiſerunt. VI. 3.
Molinæus impius vir aſſeruit, ignorantiam eſſe Devotionis matrem. I. 77.
Montacutius Scriptor hæreticus, vetuſtam eſſe traditionem Eccleſiæ docuit, quod Maria Joachimo & Anna Parentibus edita ſit. II. 2.
Montani jejunia. I. 79.

N

NOvatorum calumniæ contra Eccleſiam, ut ſuum ab ea divortium juſtum ac neceſſarium comprobent. I. 78.

O

ORientales quarto vel quinto Eccleſiæ ſæculo Annam uti Deiparæ Virginis Matrem publicis officiis proſecuti ſunt. II. 17.
Origenes Grammaticæ litteraturæ ſcholam abjecit. I. 6. Occurrit amentiæ Celſi deridentis Evangelium. 28. 62.

Originalis culpæ Dogma, futile vulgi commentum a Juliano Apoſtata appellatur. III. 1.

P

PAtres Eccleſiæ verbis & calamo enixius vetuerunt affirmare, Deiparam Virginem non opera viri, ſed Divina virtute in Annæ utero conceptam eſſe. VI. 3. Non permiſerunt pervulgari, quod eadem Virgo ſupra mortalium conditionem vivens ac vigens in cœlum translata ſit. *Ibid.* Eorum interpretatio textus Habacuch, *in medio duorum* animalium. 28. Cur non ſint interpretati hæc verba de Bove & Aſino ad Chriſti præſepe. 29. Aliqui verba illa interpretati ſunt de duobus latronibus, inter quos crucifixus eſt Chriſtus. 31. Alii de prima Eccleſia, quæ de circumciſione fuit, & de præputio congregata. *Ibid.* Alii de duobus Teſtamentis, novo, & veteri. *Ibid.* Eorum interpretatio textus Iſaiæ, *Cognovit Bos* &c. 29.
Pauli II. Rom. Pon. adhortatio ad Romanos. I. 6.
Petrus Apoſtolorum Princeps. Eum Romam veniſſe, ibique ſedem fixiſſe, concors omnium ac perennis vox eſt. I. 71. Nemo Catholicorum, imo nec Hæreticorum, ad Calvinum uſque, id vel negare, vel in dubium vertere unquam auſus eſt. *Ibid.* Grotii teſtimonium hac in re profertur. *Ibid.* Eidem Roma ſe ſubducenti obviam fit Chriſtus. 85.
Poema *de Paſſione Domini*, perperam adſcribitur Lactantio. VI. 4. Exactiſſimam Chriſti vitæ ſummam exhibet. 6.
Proſper (S.) a pleriſque creditur Auctor Librorum *de Promiſſionibus*. VI. 5.

R

RAvennæ in Eccleſia S. Apollinaris jam inde a ſexto ſæculo delineata fuit muſivis picturis hiſtoria Magorum Evangelicorum, qui regiis coronis inſigniti illic conſpiciuntur. VII. 27.
Rethores. Romanorum decretum contra latinos Rethores. *Ante I. Diſſertationem*. Romanos adhortatur Paulus II. Rom. Pon. ne Filios diutius in ſtudiis litterarum verſari patiantur. I. 6. Rethoribus conceſſum eſt ementiri in hiſtoriis, ut aliqud dicere poſſint argutius. V. 8.
Roma. Eximium opus, cui titulus *Roma ſubterranea*, quinque arcas exhibet, ubi inſculptus conſpicitur puer Jeſus, quem Bos & Aſinus ſuo veluti fovent alitu. VI. 22. Ad quæ Eccleſiæ tempora arcæ iſtæ pertineant. *Ibid.* Duodecim inſuper arcas exhibet, e vetuſtis cœmeteriis effoſſas, in quibus tres Magi tantummodo Chriſtum donantes ſcalpti proſpiciuntur. 45.
Romani. Eorum decretum contra latinos Rethores. *Ante I. Diſſertationem*. Pauli II. Rom. Pon. adhortatio ad eoſdem. I. 6. Quot annis natas Fœminas jungerent nuptiis. V. 14.

S

SCientia mater eſt plurimorum errorum. I. 77. Quando optima ſit, & quando malum pariat. *Ibid.* Ejus peccata graviora ac pernicioſiora ſunt, quam peccata ignorantiæ. *Ibid.*
Scotus Fabellam protulit de Latinis olim Euchariſtiam conficientibus in Fermentato. I. 65.
Scriptores ſacri ex libris apocryphis quædam mutuari non ſunt dedignati. I. 50.
Serry (P. Jacobus Hyacinthus) laudatus. *In Præfatione*. Omnes fere acerrimi ingenii conatus quo contulerit. *Ibid.* In expurgandis hiſtoriis Deiparæ Virginis & Servatoris quem modum adhibeat. *Ante I. Diſſertationem*. Celebres Eccleſiæ Scriptores, puerilis levitatis &c. reos facit. I. 10. A Melchiore Cano, quem prius commendaverat, diſceſſit. 11. Quænam voces frequentius in ejus Opere occurrant. 12. Gerſone favente inter fabulas amandat, Deiparam Virginem peculiari Dei munere ab infantia pleno rationis uſu exornatam fuiſſe. 29. Dubia aſſerit & incerta quæ vulgo feruntur nomina Genitorum Deiparæ Virginis. II. 1. Ex Divo Hieronymo & Maldonato id probat. 3. Aſſerit, hanc ſtetiſſe ſententiam eruditis Bollandi Continuatoribus. 33. Scribit, bene multos Deiparæ Virginis Patrem Heli dictum opinari. 36. Sterilitatem Parentum ejuſdem Deiparæ incertam dubiamque vocat. III. 4. Momenta, quibus probare contendit, Deiparam a Parentibus Deo dicatam non fuiſſe in Templo ad aliquod miniſterium. IV. 12. 29. Eos errare ſcribit, qui exiſtimant, Virginem Mariam annum vix decimumquartum aſſecutam nupſiſſe, V. 6. Momenta, quibus ſuam opinionem confirmat. 9. 10. 17. & ſeq. Momenta, quibus negat celeberrimam Traditionem de Bove & Aſino ad Chriſti præſæpe. I. 37. VI. 4. Conjecturæ quibus eamdem Traditionem evertere contendit. 13. 15. Alia momenta in eamdem rem. 27. Singulare aliud argumentum ejuſdem auctoris hac ſuper re. 34. Alia conjectura. 43. Negat, Magos Evangelicos, Reges fuiſſe. VII. 11. Argumento negativo ſuam ſententiam confirmat. 15. Aliis inſuper momentis. 23. 24. 26. 34. Magos Evangelicos tres numero fuiſſe rejicit ad futiles vulgi opinationes. 43. Docet, Deiparam Virginem iter ad Eliſabetham ſuſcepiſſe, Joſepho nequaquam comite. VIII. 4.
Sixtus III. Rom. Pont. In opere muſivo, quo Liberianam Baſilicam adornavit, tres ſolum Magi Chriſtum puerum donantes conſpiciuntur. VII. 44.
Sixtus V. Rom. Pon. Cur emendaverit Orationem, quæ antea feſto die Præſentationis recitabatur. IV. 49.
Socinus negabat, baptizari oportere Chriſtianorum Filios. VII. 21. Qua ratione id negaret. *Ibid.*
Solon prudenti ſtultitia Rempublicam vel adverſantem ad ſua commoda revocavit. I. 25.
Spinellus (Nicolaus) laudatus. *In Epiſtola nuncupatoria*.
Stephanus (S.) Ejus memoria ab Eccleſiæ primordiis Anconæ celebrabatur: & cur? I. 54.
Stratonici Citharedi dictum. I. 12.
Sycophantæ nomen immerito viris improbis eſt tributum. I. 4.

T

TErtullianus reprehendit propria ac peculiaria Montaniſtarum jejunia. I. 79. Solus eſt, qui Joannis Apoſtoli martyrium referat. 83.
Theophylactus nequaquam primus omnium regiam dignitatem Magis Evangelicis attribuit. VII. 27. Nicephorus non eſt eo vetuſtior. 30.
Thereſia (S.) acta Sanctorum ſæpius repetens ad cœleſtia multimodis inflammabatur. I. 56.
Thomas (Angelicus Doctor) ſuis lucubrationibus inſeruit fabellam de latinis olim conficientibus Euchariſtiam in Fermentato. I. 66. Explicate atque diſerte Reges vocat Magos Evangelicos. VII. 12. Explicat, quid hoc loco intellexerit Regum nomine. *Ibid.*
Tillemontius negat, Petri Damiani, ac Bernardi ætate Occidentales agnoviſſe Divorum Joachimi & Annæ nomina. II. 29. Nimia ejus confidentia hac in re aſſerenda. *Ibid.* Falſi convincitur. *Ibid.* & ſeq. Traditionem de ſterilitate Parentum Deiparæ Virginis initium ducere ab Hæreticorum commentis ſcribit. III. 28. Veriſimile eſſe tradit, nihil diſtincte atque explicate inveniri de Traditione Bovis & Aſini ad Chriſti præſepe, ante Auctorem Librorum *de Promiſſionibus*. VI. 5.
Traditio. Plures ſunt in noſtra hac Orbis parte Traditiones, quas recentes quidam aſpernantur, ac nulla fide dignas exiſtimant. I. 15. Traditionis vis & auctoritas. 35. Egregiæ regulæ quoad Traditionem ex Divo Auguſtino. 36. Ejuſdem Auguſtini ſententia circa auctoritatem antiquarum Traditionem. 40. Piæ Traditiones Eccleſiæ multum fidelibus proſunt. 60.

V

VAlentinus ſuam Metamorphoſim, & *Altum Dogma* confingens, ſimplicitatem & ſanctitatem Catholicæ doctrinæ corrupit. VII. 2.
Valla (Laurentius) cum in omnes & antiquos & æquales invectus eſt, poſtremo ipſum Deum eſt aggreſſus. I. 5.
Venia. Quando eam petere ſoleant homines. I. 25.
Vidua, cujus filium unicum defunctum ad vitam Dominus revocavit, veroſimiliter fuit ex nobilibus Urbis Naim. VII. 17.
Vives (Dominicus) narrat Grammaticorum ſtudia. I. 7.
Voſſii obſervatio de vetuſtis Scriptoribus. I. 14. Epiphanium tuetur. 45. II. 26. Joachimum & Annam fuiſſe Deiparæ Virginis Parentes, ſcribit fuiſſe totius Eccleſiæ Traditionem. II. 2. Ait, Heli idem eſſe cum Joachimo. 38. Purgatorium ex Platonis doctrina Origenem primo finxiſſe ſcribit. III. 28.

Z

ZAcharias Pater Joannis Baptiſtæ. Hunc inter Templum & Altare a Judæis peremptum fuiſſe, eo quia affirmaverit, Mariam eſſe Dei Matrem, & Virginem, per prima Eccleſiæ tempora obtinuit. I. 69. Etſi ſurdus ac mutus, poterat ad adventum Joſephi Mariam ad Eliſabetham comitantis, lætitiam de ejus adventu conceptam pacto aliquo conteſtari. VIII. 12.

FINIS INDICIS RERUM.